Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35511
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

nox / que sola meruit scire tempus
et horam / in qua xpus ab inferis resur-
rexit. Hec nox est de qua scriptum
est. Et nox vt dies illuminabit
et nox illuminacio mea / in deliciis
meis. Huius igitur sanctificatio
noctis / fugat scelera / culpas la-
uat et reddit innocencia lapsis /
mestis leticiam. Fugat odia / con-
cordiam parat / et curuat impia.
In huius igitur noctis gracia
suscipe sancte pater Hic quinque
frustula imponantur. incensi
huius sacrificium vespertinum / quod
tibi in hac cerei oblacione solemni
per ministrorum manus de opibus
apum. sacro sancta reddit ecclesia.
Sed iam columne huius preconia
nouimus. Quam in honorem dei
rutilans ignis accendit. Hic ce-
reus accendatur. Qui licet